

Martial und Quintilian (*Epigr. 2.90*)

Martial. 2.89–92

1. Mart. 2.89

Quod nimio gaudes noctem producere vino
ignosco: Vitium, Gaure, Catonis habes.

Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo
laudari debes: Hoc Ciceronis habes.

Quod vomis, Antoni, quod luxuriaris, Apici. 5

Quod fellas, vitium dic mihi cuius habes?

2. Mart. 2.90

Quintiliane, vagae moderator summe iuventae,
gloria Romanae, Quintiliane, togae,

vivere quod propero pauper nec inutilis annis,
da veniam: Properat vivere nemo satis.

Differat hoc, patrios optat qui vincere census
atriaque inmodicis artat imaginibus.

Me focus et nigros non indignatia fumos
tectata iuvant et fons vivus et herba rudis.

Sit mihi verna satur, sit non doctissima coniunx,
sit nox cum somno, sit sine lite dies.

3. Mart. 2.91

Rerum certa salus, terrarum gloria, Caesar,
sospite quo magnos credimus esse deos,

si festinatis totiens tibi lecta libellis
detinuere oculos carmina nostra tuos,

quod fortuna vetat fieri permitte videri, 5
natorum genitor credar ut esse trium.

Haec, si displicui, fuerint solacia nobis.

Haec fuerint nobis praemia, si placui.

4. Mart. 2.92

Natorum mihi ius trium roganti
Musarum pretium dedit mearum
solus qui poterat. Valebis, uxor:
Non debet domini perire munus.

5. Cic., *fin.* 1.62

Finitas habet cupiditates, negligit mortem, de diis immortalibus sine ullo metu vera sentit, non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita. His rebus instructus semper est in voluptate. Neque enim tempus est ullum, quo non plus voluptatum habeat quam dolorum. Nam et praeterita grate meminit et praesentibus ita potitur, ut animadvertat, quanta sint ea quamque iucunda, neque pendet ex futuris, sed expectat illa, fruitur praesentibus ab iisque vitiis, quae paulo ante collegi, abest plurimum et, cum stultorum vitam cum sua comparat, magna afficitur voluptate. dolores autem si qui incurrunt, numquam vim tantam habent, ut non plus habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod angatur.

6. Sen., *brev.* 3.5

Quam serum est tunc vivere incipere cum desinendum est? Quae tam stulta mortalitatis oblivio in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia et inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt?

7. Quint., *inst.* 12.11.18f.

Sed breve nobis tempus nos fecimus: Quantulum enim studiis partimur? Alias horas vanus salutandi labor, alias datum fabulis otium, alias spectacula, alias convivia trahunt. Adice tot genera ludendi et insanam corporis curam, peregrinationes, rura, calculorum anxiam sollicitudinem, invitamenta libidinum et vinum et fractis omni genere voluptatum animis ne ea quidem tempora idonea quae supersunt.

Quae si omnia studiis inpendentur, iam nobis longa aetas et abunde satis ad discendum spatii videretur vel diurna tantum computantibus tempora, ut nihil noctes, quarum bona pars omni somno longior est, adiuvent. Nunc computamus annos non quibus studuimus sed quibus viximus.

8. Quint., *inst.* 1.2.6f.

Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes mentis et corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris reperit? Nondum prima verba exprimit, iam crocum intellegit, iam conchylium poscit. Ante palatum eorum quam os instituimus. In lecticis crescunt. Si terram attigerunt, e manibus utrimque sustinentium pendent. Gaudemus si quid licentius dixerint: Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus. Nec mirum: Nos docuimus, ex nobis audiunt, nostras amicas, nostros concubinos vident; omne convivium obscenis canticis strepit, pudenda dictu spectantur.

9. Juv. 6.279–281

Sed iacet in servi complexibus aut equitis: Dic, dic aliquem sodes hic, Quintiliane, colorem!
„Haeremus.“ ...

Verwendete Literatur

- Adamik, Tamás, Martial and the 'Vita Beatior', AUB(Class) 3, 1975, 55–64.
- Bianconi, Chiara, Ambiguità del linguaccio dell'amicizia e del potere in Seneca e Marziale, in: A. Bonadeo/E. Romano (Hgg.), Dialogando con il passato. Permanenze e innovazioni nella cultura latina di età flavia, Firenze 2007, 124–135.
- Borgo, Antonella, Quanti e quali Seneca nella letteratura latina? Il Seneca di Marziale, Vichiana 11, 2009, 34–44.
- Citroni, Mario, L'immagine della Spagna e l'autorappresentazione del poeta negli epigrammi di Marziale, in: G. Urso (Hg.), Hispania terris omnibus felicior. Premesse ed esiti di un processo di integrazione. Atti del convegno internazionale, Cividale del Friuli, 27–29 settembre 2001, Pisa 2002, 281–301.
- Drerup, Heinrich, Totenmaske und Ahnenbild bei den Römern, MDAI(R) 87, 1980, 81–121.
- Flower, Harriet, Ancestor Masks and Aristocratic Power in Roman Culture, Oxford 1996.
- Friedlaender, Ludwig (Hg.), M. Valerii Martialis Epigrammaton Libri mit erklärenden Anmerkungen versehen, 2 Bde., Leipzig 1886 (Nachdruck: Amsterdam 1961).
- Friedrich, Gustav, Zu Seneca und Martial, Hermes 45, 1910, 583–594.
- Garthwaite, John, Revaluating Epigrammatic Cycles in Martial Book 2, Ramus 30, 2001, 46–55.
- Garthwaite, John, *Ludimus innocui*: Interpreting Martial's Imperial Epigrams, in: W. J. Dominik/J. Garthwaite/P. A. Roche (Hgg.), Writing Politics in Imperial Rome, Leiden/Boston 2012, 405–427.
- Grewing, Farouk, Etymologie und etymologische Wortspiele in den Epigrammen Martials, in: ders. (Hg.), *Toto notus in orbe*. Perspektiven der Martial-Interpretation, Stuttgart 1998 (Palingenesia 65), 315–356.
- Heilmann, Willibald, 'Wenn ich frei sein könnte für ein wirkliches Leben ...' Epikureisches bei Martial, A&A 30, 1984, 47–61.
- Holzberg, Niklas, Neuansatz zu einer Martial-Interpretation, WJA N.F. 12, 1986, 197–215.
- Holzberg, Niklas, Martial, Heidelberg 1988 (Heidelberger Studienhefte zur Altertumswissenschaft).
- Holzberg, Niklas, Martial und das antike Epigramm, Darmstadt 2002.
- Holzberg, Niklas, Dichterlektüre in Jahrgangsstufe 9, in: R. Kussl (Hg.), Lateinische Lektüre in der Mittelstufe, Speyer 2008 (Dialog Schule-Wissenschaft. Klassische Sprachen und Literaturen 42), 103–131.
- Kappelmacher, Alfred, Martial und Quintilian, WS 43, 1922/23, 216f.
- Kleijwegt, Marc, A Question of Patronage: Seneca and Martial, AClass 42, 1999, 105–119.

- Lorenz, Sven, *Erotik und Panegyrik: Martials epigrammatische Kaiser*, Tübingen 2002 (Classica Monacensia 23).
- Lorenz, Sven, *Nulla virtus dulcior esse potest*. ‚Mannestum‘ und ‚Männlichkeit‘ in der erotischen Kleindichtung der Römer, in: G. Partoens/G. Roskam/T. Van Houdt (Hgg.), *Virtutis imago*. Studies on the Conceptualisation and Transformation of an Ancient Ideal, Leuven usw. 2004, 117–144.
- Lorenz, Sven, *Martial: 1970–2003*, in: *Lustrum* 45, 2003 (2005), 167–284 (1. Teil); *Lustrum* 48, 2006, 109–223. 233–247 (2. Teil).
- Lorenz, Sven, *Versiculi parum pudici: The Use of Obscenity in the liber Catulli*, in: A. M. Morelli (Hg.), *Lepos e mores*. Una giornata su Catullo. Atti del Convegno Internazionale, Cassino, 27 maggio 2010, Cassino 2012, 73–97.
- Marquardt, Joachim, *Römische Privatalterthümer*. Erste Abtheilung, Leipzig 1864.
- Neger, Margot, *Martials Dichtergedichte. Das Epigramm als Medium der poetischen Selbstreflexion*, Tübingen 2012 (Classica Monacensia 44).
- Nordh, Arvast, *Historical exempla in Martial*, *Eranos* 52, 1954, 224–238.
- Obermayer, Hans Peter, *Martial und der Diskurs über männliche „Homosexualität“ in der Literatur der frühen Kaiserzeit*, Tübingen 1998 (Classica Monacensia 18).
- Parroni, Piergiorgio, *Lecture da Marziale*. Introduzione, antologia degli epigrammi e commento, Cassino 1988.
- Piazzini, Lisa, *Elementi diatribico-moralistici negli epigrammi di Marziale*, *A&R* 49, 2004, 54–82.
- Rahn, Helmut (Hg.), *Marcus Fabius Quintilianus. Ausbildung des Redners*. Zwölf Bücher. Herausgegeben und übersetzt, 2 Bd., Darmstadt² 1988 (Texte zur Forschung 3) [zuerst: 1975].
- Schirren, Thomas, *Quintilian*, in: W. Ax (Hg.), *Lateinische Lehrer Europas*. 15 Porträts von Varro bis Erasmus von Rotterdam. Köln 2005, 67–107.
- Spisak, Art L., *Martial: A Social Guide*, London 2007.
- Watson, Lindsay/Watson, Patricia, *Martial. Select Epigrams*, Cambridge 2003 (Cambridge Greek and Latin Classics).
- Williams, Craig A., *Martial, Epigrams: Book 2*. Edited with Introduction, Translation, and Commentary, Oxford 2004.
- Ziolkowski, Jan M., *Obscenity in the Latin Grammatical and Rhetorical Tradition*, in: ders. (Hg.), *Obscenity, Social Control and Artistic Creation in the European Middle Ages*, Leiden usw. 1998, 41–59.